



Q90295.V.3.9

✓







MENSTRUUS  
CHRISTIA-  
NARUM COGI-  
TATIONUM CIR-  
CELLIS  
à CONGREGA-  
TIONE MAJORI  
Sub Titulo  
BEATISSIME  
MARIAE V.  
IN COELOS  
ASSUMPTÆ  
*Dominis, Dominis*  
*Sodalibus in frenam*  
*oblatus.*

---

LABACI, Typis Jo. Georgij  
Mayr, Inc. Prov. Carn. Typog.  
Anno M. DCC. XL





# DOMINI , DOMINI SODALES

**L**ibellus hic non complectitur ratiocinia, quæ contentionē animi, & prolixitate egeant; conceptus sunt Christianæ mentis breves & simplices; legi absque mora, capique faciles, non tamen nudæ Epicteti, aut Senecæ, sed de promptæ è fidei divinæ oraculis regulæ, haud quidem ita illorum propriæ, quos amor


secessus & precandi studium  
sibi mancipavit, ; quin ad  
eos quoque pertineat, qui-  
bus Aurora quævis curas in-  
novat, & angusti ad Divi-  
na sunt aditus. Nullæ sunt  
enim tā curvæ in terras ani-  
mæ, quas non juvet inter-  
dum Cœlum suspicere; ne-  
mo tot distentus negotijs, cui  
punctum non suppetat otij,  
quo triâ brevissimæ conside-  
rationis puncta percurrat.  
Si præ turbæ occupationum  
non vacat meditationi cœle-  
stium placidâ viâ, & ratio-  
ne insistere, potest tamen  
quisque, priusquam se rebus  
agendis applicet, salubri co-  
gitatione animum munire,

tujusmodi Christianus hic  
circulus presentissimus con-  
tra vitiosos circulos dux sug-  
gerit; hoc enim in nobis Chri-  
stianæ præstant cogitationes,  
quod in molli cera signatorius  
annulus, ut primum subje-  
rint animum, nisi impresso illud  
charactere aliquo salutari, non  
evanescunt. Subiecta quot die-  
diebus sententia vis tota est,  
et velut epitome Cogitationis,  
qua de agitur, verbis collecta  
deobus aut tribus, ad mem-  
oria subsidium brevè, aculeata  
ad movendum; ad mentem to-  
to diei de cursu fovendam, ac  
reficiendam idonea, proin me-  
dullis Pharmacorum non absi-  
mis, quæ ex quo tempore, ac  
pondere nostra præstant. Ubi


Cogitationum illarum Circu-  
lus ; legendo absolutus , lectio-  
assiduâ erunt lectione repe-  
tenda , ut earum evadat in-  
telligentia plenior , & fru-  
ctus uberior ; nam novi sem-  
per aliquid Evangelij effata  
produnt , nec unquam ef-  
feta ; verum plantis sunt  
haud absimilia , quæ locu-  
pletare solum suis proventi-  
bus non possunt , nisi altas  
prius in eo radices egerint.  
boni Consulite , vivite . &  
valete.

Ita vovet  
Congregatio Major  
Beatissimæ Virginis in  
Cœlos assumptæ.

Chri-



Christianarum  
Dictata Cogitatio-  
num, in Singulos Mensis  
dies Distributa.



I. D I E S.  
*De Fide.*

**Q**uid fides nos  
docet, auctoritas  
est loquentis Dei.

A Hau-

Haurit Ecclesia ipso Christi ex ore Sacrosancto, quæcunque nobis credenda proponit, nec errari à via potest, in qua prælucet ipsamet dicitque veritas.

## II.

At enim fides Christiano quid confert, nisi morum quoquè sit ipsi Regula? Et stultum quidem est, vocare in dubium, quod loquitur DEUS, quod plura Martyrum vulnera quām ora; quod miraculorum voces infinitæ; quod ipsi etiam fateri dæmones coguntur: sed duplo

pol stultius id pro certo  
habere, & indubitato; sic  
tamen vivere, ut si pro  
falso haberetur. Dæmo-  
num fides est, veris fidem  
habere, & contraria vi-  
vere.

## III.

Sit ergo deinceps vi-  
vendi mihi principium fi-  
des, sit operum omnium  
amussis, & regula: quid-  
quid ea damnârit, ejuro,  
& exsecror; nitente licet  
in oppositum naturæ pra-  
bitate: hanc Evangelij ef-  
fatis præfocabo. Quid  
enim natura? quid mun-  
dus? sensui serviendum &

cupiditati; molesti nihil  
admittendum; vel ferendu-  
m: Quid autem Chri-  
stus? planè oppositum. Ul-  
ter igitur æquioe, an Chri-  
stus, an Mundus?

*Gratias DEO age, quod sis  
in ejus Ecclesiam adscriptus;  
fidei symbolum attentius re-  
pete, velut iteratam ejus pro-  
fessionem, ac solemnum.*


*Adauge nobis fidem. Luc.*

17.

*Quid prodest, si quis Ca-  
tholicè credat, & gentiliter  
vivat? S, Petrus Damia-  
nus.*

A

II. Di-



## II. DIES.

### *De Fine Hominis.*

**D**EUM finem habemus supremum & ultimum; nequè is potuit nisi uni sibi nos creare; dictat ultrò nobis animus magnâ voce, nos esse unius in DEI obsequium conditos, nec illam possumus naturæ

professionem. incluctabi-  
lem, nisi sacrilego menda-  
cio negare.

**II.**

Detur igitur cuique  
quod suum est, & D E O  
cujus toti sumus, nos to-  
tos reddamus. Hoc ni-  
si studio liberali, & tan-  
quam filij præstemus,  
mancipabit nos sibi vel in-  
vitatos, estque nobis necef-  
sariò sub Regis optimi, vel  
sub irati vindicis imperio  
vivendum. Age sis itaque,  
& utrum vis, elige.

**III.**

Tendit suum, unaqua-  
què res ad finem, & sequi-  
tur

tur conditionis suæ pondus. Si orbem illuminare sol renuat, licet ad hoc in cœlo positus, non modò frustra sit, sed monstrum potius in mundo; sic D E O totum qui dare se abnuit, cum sit dumtaxat ob D E U M conditus. Ego cujusmodi sum? An qualis, qui solius D E I causa, & à D E O factus? mea verò studia omnia, vita omnis an D E U M spectat unum? Proh! quota vitæ hujus brevis portio est, quam possim illi verè assertere! Hic porro quid agimus, si hoc non agimus,

**S**

*Christianæ*

ob quod solum hanc in lu-  
cem venimus. *Hic serio statue D'E On-*  
*nice vivere, nec è devoto illi-*  
*holocausto rapinâ, seu faro*  
*quicquam subducere.*


*Dominus meus, & Deus*  
*mens. Joan. 20.*

*Totum te exigit, qui to-*  
*tum te fecit. S. Augusti-*

*nus.*



**III.**



## III. DIES.

### *De Morte.*

#### I.

**M**ortem sanè timeat, imò & horre-  
scat, qui vitam non  
vivit Christianam ; vitæ  
siquidem ex genij cura, &  
delicijs ante-aetæ, quam  
in finita sunt poenatum,  
& quanta nomina occa-  
sionum omissarum, ex  
quibus in promptu erat  
A5 sa-

salus? quam acerbus do-  
lor, & implacabilis? quam  
triste DEO vixisse inimi-  
cum & invisum defungi?  
quam atrox momentum,  
quo temporariæ volupta-  
tes clauduntur universæ;  
cruciatum verò nullis  
claudenda sæculis æterni-  
tas panditur!

## II.

Quod tunc optes vixi-  
se, nunc vive, quod egis-  
se, nunc age, nunc inquā  
agredere; nec ullam ad  
hoc particulam temporis  
supervacaneam reputa;  
punctum quod vivis, for-  
tè ultimum est, quo tibi  
ha-

hactenus vita prolixior,  
hoc capulo propior, tan-  
toquè mors instat celeri-  
or, quanto lentior venit.

## III.

Quantula nobis futura  
fint caduca omnia, cùm  
nobis auferentur, mortem  
consulam; fida est & ve-  
ra consiliaria. Quò illa  
formæ tam cultæ species,  
exaggeratum illud auri  
pondus, honores, deliciæ,  
quid tunc ijs futurum  
censembitur? quò abitura,  
& cui bono? sicut faci-  
unt nobis, dum vivimus,  
morituros apertâ facie  
percellunt, & siderant,


viventi pretiosa sunt , vi-  
lia morienti. Ut rius nobis  
Iudicio standum est? Heu!  
nobis quam nihili cernen-  
da sunt omnia in luce ve-  
ridica cerei lustralis, quem  
tunc mors nobis immi-  
nens accendet : Serum  
tamen erit, aperire ad eam  
oculos, cæcitatem tamdiu a-  
damatâ clausos.

*Cogita igitur, quid tibi po-  
tissimum timori futurum sit,  
si nunc mori contingat; timori  
occurre, & salutem quam pri-  
mum in tuto pone. Quidquid  
agis per diem, tanquam ulti-  
mum age, nec unquam repe-  
ten-*

sendum; in verendo præser-  
tim Sacramentorum usu.

Uno tantum gradu ego  
morsquè dividimur, i. Reg.  
20.

Christiano crastinum non  
est. Tertullianus.



## IV. DIES.

### *De Iudicio ultimo.*

#### I.

**T**uo itaque tribunalē  
Christe judex supre-  
me sistendus sum, & pro-  
me-

meritis vitæ in fragili cor-  
pore traductæ , justam  
subiturus sententiam? hoc  
tam certâ credo persua-  
sione, ut si tubam audis-  
sem cantu terribili mor-  
tuos excitantem.

## II.

Quo animi sensu tot il-  
lic tetras imagines specta-  
turi sumus turpium , &  
impiarum sine numero  
cogitationum? quo scele-  
ratorum maculas ope-  
rum? quo spretæ pudorem  
multiplis gratiæ laturi?  
ô irati diem pavendum  
judicis ! qui nostra omnia  
in aperta exponet orbis  
to-

totius luce, ipsosque intimos, & indeprehensos cordis motus, iuspiria levia, morulas temporis, numeratò censembit, imputabitque ad usq; obolum, ne minimâ quidem condonationis ullius indultâ particulâ ! Sua justos ægrès servabit probitas. Scelestis & improbis quid tandem fiet?

## III.

Cujusmodi verò sententiæ fulmen ab inexorabili vindice, obduratis perditorum capitibus ingruet? *Ite maledicti, &c.* Quo DEUS! quò formi-



midande pravorum arbit-  
ter abs te ituri sunt? quem  
assignas exsecratis locum?  
aut quis à te sempiternum  
projectos carcer excipiet  
infelices.

*Finge animo, sisti te Chri-  
sto judici, memoria repece, cu-  
jus culpa & præsertim oneran-  
dus sis pudore, & hoc etiam  
atquè etiam recogita, certus  
abstrusa quælibet scelera ju-  
ris tunc publici evasura, nisi  
qua pœnitentia mature dele-  
verit.*

*Antefaciem indignationis  
eius quis sustinebit? Nahum  
I.*

Væ!

Væ ! etiam laudabili vi-  
tæ hominum , si remotâ misé-  
ricordiâ discussias ? S. Augu-  
stinus.



## V. DIES.

### *De Paradiso.*

#### I.

**P**ARADISUS ! Ah magnū ,  
& incomprehensæ bea-  
titatis nomen ! quod ma-  
jorū omnium longè um-  
bram , & accessum exclu-  
dit ; possessionem bonorū  
om-

omnium, complexu immenso colligit; divinæ magnificentiæ palmaræ opus est ; infinitum pretium sanguinis Christi JESU, summa votoru, quæcumque possunt ab homine fingi, & aliquid insuper votis illis augustius, & maius.

## II.

D E U M clarè sua in luce cernere qualis est, suæque gloriæ fulgentem splendoribus ! eundem amare sine modo ! tenere nullo amitte dimetū ! esse ipsamet DEI felicitate, & gaudijs felicem ! hæc

mi-

mihi desideriorum spes, &  
meta; quatriduum su-  
perest tristis exilij, & æter-  
num ejus sum, & cum eo,  
cujus fruar amore im-  
mortali.

## III.

Quid refert hic quo  
loco jaceas, dum illic in  
perpetuum cum J E S U,  
& M A R I A regnabis?  
satin' jure querar, & do-  
leam, beatitatem infini-  
tam, parvo mihi emendā  
labore, quam suis cruo-  
ribus Martyres profusè  
emptam, gratis sibi do-  
natam putaverunt? Proh!


bea-


beata ætermitas! ô nôrint  
homines quanti sis!

*Conspiciendi DEI flam-  
mis assiduè dulcibus animum  
vapora & incende; ad cœli a-  
spectum sordeat tibi terra.  
Hominis est mente cœlestibus  
affixi, nec mirari quicquam,  
nequè metuere.*

*Satiabor cùm apparuerit  
gloria tua. Psal. 16.*

*Silabor terret, merces in-  
vitet. S. Bernardus.*





## VI. D I E S.

### *De Inferis.*

I.

**Q**uanto nos horrore  
nuda inferorum ob-  
tueret mentio, si damna-  
torum audiremus lamen-  
tabiles ejulatus ! Suspi-  
rant, gemunt, irruunt,  
interrogos ardentes igni-  
um æternorum. Se luá-  
que irati accusant, flent,  
dam-

damnant scelera ; retrahent, exsecrantur ; sed sero dolore, unum id agunt eorum lachrymæ, ut flammæ proritent, & accuant, quibus semper arsuri, nunquam sunt, ô nunquam ! absumendi ! ô miserorum pœnitudo, quam sæva, & crudelis ! quam otiosa, & vacua !

## II.

A beatissimo summi boni aspectu in perpetuum exulare, igne uriri, cuius dumtaxat umbra est ignis, quo utimur ; excruciaris malis omnibus, nullo fine, nullo intervallo, aut levamen-

mento solatij; habere dæmones nunquam nō oculis, & lateri affixos; desperatione rumpi, & rabie nunquam leniendâ. Proh! qualis hæc vitæ crudelitas, & carnificina!

## III.

Spreta suæ salutis momenta deplorant infelices; occasiones revocant nunquam reddituras; torquentur memoriâ voluptatum, in quibus patrimonium cœleste decoixerunt, sed illos nihil æquè urit & lacinat, ut amissi suâ culpâ DEI recordatio pertinax & reluctantiæ bus

bus oculis, velint nolint,  
oberrans.

Mente inferos subi; ex  
damnatis quære, quid illuc  
miseros præcipites egerit, ex  
ijs cognosce, quibus conditio-  
nibus illic vivant, ex ijsdem  
discito, tum D E I timorem,  
tum periculi ubique tibi pro-  
xime instantis.


Quis poterit habitare de-  
vobis cum igne devorante?

Isai. 33.

Ardor gehennæ, ardorens  
extinguit luxuriam. Isidor.  
Pelus.



VII.



## VII. DIES.

### *De Pænarum æternitate.*

#### I.

**A**N potest Iæsus DEI furor ulterius tendere, quam ut momenti vix unius voluptatem æternis supplicijs puniat? tamdiu vivere miserum & durare, quamdiu vivet, qui mori non potest; quam  
B hor-

horrenda hæc moles infelicitatis! parum ne sit damnatos torqueri supremis, & excruciarí malis, nisi etiam sempiternis! leve malum aciculæ punctionio, at si perpetua, intollerabile: Quid dolores & carnificinæ, &c.

## II.

Proh sæva & atrox æternitas! Postquam lacrymis suis, maria omnia siccata damnatus, singulis guttatum sæculis implerit; tot millionibus annorum nihilo plus egerit ad minuendos cruciatus, quam si nunc primum

cœ-

cœpisset laniari, sequetur  
in infinitis spatijs instauran-  
da dolorum acerbitas ea-  
tenus cassa & vacua.  
Quam ubi toties repetie-  
rit damnatus, quot sylvæ  
frondes habent, arenæ  
grana, & aër atomos, ni-  
hil quicquam egerit, nec  
unius quidem oboli no-  
men deleverit.

## III.

At enim damnatos non  
suæ modo æternum de-  
vorant, & cruciant pœ-  
næ, sed ipsa quoquè dis-  
cerpit, & torquet æterni-  
tas. Hanc habent sem-  
per animis obversantem,

ejus perpetuis morsibus  
divelluntur, interest om-  
nibus illorum, & incru-  
descit supplicijs; non pos-  
sunt, quin cogitent etiam  
inviti, nullum sibi speran-  
dum malorum crudelium  
finem. O cogitatio! O  
fortis pavendæ conditio!  
æternum ardere, æternū  
flere, æternâ rabie discer-  
pi. Ah! si hæc nobis per-  
inde in animum descen-  
dant, ut à damnatis cogi-  
tantur!

*Vivacem hic exere fidei  
tuæ motum, & certæ assen-  
sum persuasionis, appensas  
culpis lethalibus à DEO pœnas*

immortales: credendum id  
saltem, quod nequit percipi;  
& nulla esse potest Christiani  
calamitas major, quam si e-  
ternitatem pœnarum damna-  
tis indictam propriâ expectet  
probari sibi experientiâ.

Ibit homo in domum æter-  
nitatis. Eccl. 12.

O æternitas! quem tu non  
moves, vel mente caret, vel  
fide. Cardinalis Bellarmi-  
nus.





## VIII. DIES.

*De præsentia divina  
et conspectu.*

### I.

**C**ERNIT ME PRÆSENTEM  
DEUS PRÆSENS, PERIN-  
DE, UT SI PRÆTER ME QUEM  
CERNAT, IN MUNDO NEMO  
FIT; MIHI QUINIMO, & AD-  
EST INTIMÈ VELUT INFINITA IN  
SPATIA PERSPLICAX OCULUS;  
QUEM

quem nihil latet, & qui  
me observat; qui figit eâ-  
dem acie, quâ se ipse totû  
penetrat, & capit; eâdém-  
que mentis scrutatur ap-  
plicatione, ut si ab ipsa  
cesset contemplatione sui.  
Hoc fide certissimâ teneo,  
& adoro mihi intimè præ-  
sentem, vitæque meæ ar-  
ticulis omnibus intentū,  
& nutibus.

## II.

Probrofius mihi est, ac  
centuplo turpius consci-  
entiae meæ maculosa dé-  
decora, unius D E I lan-  
ctissimis oculis patere,  
quam universorum mor-

taliū indignationi , &  
contemptui exponi. Au-  
den' tu in os Regis Re-  
gum , quod coram vilif-  
fimo famulo non ausis?  
Cæcitatis est stupidæ , &  
inanæ , hominum ocu-  
los tantùm revereri , DEI  
oculum tam nihili facere.

## III.


Nullæ nos satis noctiū  
renebræ à Solis luce pri-  
maria defendunt; nullius  
secessus longinquitas â  
DEI occultat majestate ;  
quocunque homines su-  
geris, occurret illic DE-  
IUS.

Siste te divinis conspectibus, & cave, ne quid in te obseruet, quo illi displices; assuesce DEUM intueri praesentem, potens frenum est adversus peccatum, DEUS adest, & videt; spectator, & vindex.

Oculi mei semper ad Dominum. Psal. 24.

Si peccare vis, quare ubi te non videat DEUS, & fac quod vis S. Augustinus.





## IX. DIES.

*De sui ipsius diffi-  
cilitate.*

## I.

**S**USpectus tibi nemo  
gravius sit, quam tu  
ipse. Sua cuique magis ex-  
pavescenda imbecillitas  
est, quam quicquid illi ter-  
rible, inferorum tota mi-  
netur crudelitas: verbo  
levi, oculi conjectu, su-  
spirio tacito sternimur &  
peri-

perimus. Cadit Adamus :  
DEI fit immemor suique  
Salomon ; Christum eju-  
rat Petrus. Myricis quid  
fiat , & arundinibus , si  
flatu levissimo deiiciun-  
tur cedri ?

## II.

Plerumque vincimur,  
ne præviâ quidem impu-  
gnatione ; conjuratas in  
nostram perniciem circu-  
ferimus semper cupidita-  
tes , & sensus proditores ,  
nullus capitalior nobis  
hostis , quam ipsum cor  
nostrum : quos non do-  
muerat tyrannorum ra-  
& bies, illos cupiditates suæ  
ever-

everterunt. Cavesis ne  
tibi fias unquam familia-  
rior.


## III.


Sanctissimos quosque  
terruit putata coram DEO  
animæ suæ conditio , &  
status ; Anachoretas ma-  
gnos , & aenosis defunctorum  
pœnitentiæ ærumnis ,  
divini judicij expectatio  
incerta , iis timoribus su-  
spendit , & terruit , ut qua-  
les essent , quo ve inde itu-  
ri gementes ignorarent ;  
puncto temporis dum san-  
cti mutantur in dæmo-  
nes , & damnantur.

Dic ergo cum S. Philippo  
Nerio : A me hodie Chri-  
ste caveto sollicitè, nam si me  
deseris, neque mihi permit-  
tis, proditor tui sis. Occasio-  
nes longè, quas vites, prospice,  
nec illas dubites majoris esse  
periculi, quæ minus viden-  
tur metuenda.

Qui se existimat stare, vi-  
deat, ne cadat. I. Cor. 10.

Quamvis sis in tuto, noli  
esse securus. S. Bernardus.





## X. DIES.

*De horrore peccati.*

## I.

**D**EUM perdere, quam portentosa res, & formidabilis ja&tura ! de-  
co&toris injuriâ, litis amis-  
sæ infelicitate, casu&ve alio  
suis bonis exutos inamen-  
tiam agit dolor , quanto  
acer-

acerbius detrimentū immensi , & infiniti boni? Infelix anima, quæ suo aliquo peccato DEUM perdit, sed absquè ulla comparatione miserior, quæ hanc DEI amissi jacturam flocci facit.

## II.

Proh ! quam tritum , familiare , & quam ignotum mortalibus peccatū! ludendo , jocando , rusticando Dei hostis fio , & iræ illius inexpiabilis victima ; cujusmodi ludus hic? oblectamentum quale? DEUS naturâ suâ totus amor , detestatur immen-

sis odijs peccatum : qui  
odit leviter , leve malum  
optat inimico; qui capitali  
odio illum odit ; mortem  
illi cupit & extrema quæ-  
què. Immensis quid sit  
DEUM nos prosequi o-  
dijs , quis dicat , aut capi-  
at ? hoc si non timemus ,  
& expavescimus odium ,  
ô saxa ! ô stipites ! sempi-  
ternis jam oppignerati  
flammis , etiamnum ab-  
què sensu sumus ?

## III.

Spectaculum est hor-  
rendum Calvaria; sed hor-  
ribilis anima , peccato  
faucia , quam Christus in


Cru-

Cruce moriens. Una est illi moriendi causa, & carnifex peccatum. Ut vires illi & vitam adimat, moritur, & morte gravius illud odit.

*Veraci dolore & serio crimina tua insectare ; sola est divinæ iactura gratiæ, quæ possit lacrymis reparari.*

*Quem fructum habuistis in illis, in quibus nunc erubescitis. Ad Rom. 6.*

*Væ animæ audaci ! quæ speravit, si à te recessisset, melius aliquid habituram. S. Augustinus.*



## XI. D I E S.

*De cura salutis.*

## I.

**H**ominis propriè hoc negotium est. Haud pluris cætera debent hominis interesse , quàm plumæ. Consilia principum ; aulicorum agitationes & ambitus ; apparatus motusq; bellorum ; tā perplexa , & multiplex undiquè negotiatio , &c.

cre-

crepundia sunt, & nugæ  
pueriles. Unica est sa-  
piens, & dives negotiatio,  
DEO famulari, & salu-  
tem suam stabilire, hoc  
solum hominis est supre-  
mum bonum, hæc tota  
felicitas. Projectæ crimen  
est abdicatæ querationis,  
illud negligere, quod se-  
cum tanti periculi molem  
tantam trahit; progres-  
sus tam lubricos; tam du-  
bios exitus; & ( si malè ce-  
dant) irreparabiles. Tan-  
tum studij ut vivas, tam  
parum, ut benè ac beatè?  
Ad fingendam fortunam  
labor tam anxius, ad fir-

mandam salutem tam exiguis impenditur? quid hoc cæcitatis, quid amentiæ est? quid prodest homini, si mundum lucretur universum, animæ vero suæ detrimentum patiatur? *Matth. 16.* H.

Nostram habent profine salutem, quæcunque sunt à D E O condita; si ab eo exerrent, frustra sunt & cassa; frustra lux solis, & terræ fœcunditas & custodia mentium beatarum, homini salutis suæ negotium spernenti. Jure cum eo in nihilum deberent omnia redigi. Indignus

dignus vitâ est, qui DEO  
non vivit.

## III.

Vulgo tamen salutis ultima cura est; præter hanc sedatè cuncta promoventur, datur pecunia fœnori, colono ager, agro novus limes & quæstuosior, damna omnia deflentur, præter unum, quod remediocaret. Sumptuosí sumus in corpus, in animam parcí, & sordidi; videtur noster nihil ad nos animus attinere, sed esse alterius, quem prosequamur odio inexorabili, aut bruti alicujus, aut

nullus potius: velut enim  
animâ careamus, ad hoc  
illam tantum gerimus, ut  
perdamus.


Sit tibi ejus quantocumque  
pretio servanda constans &  
immobile propositum; respon-  
de cuivis tuam periclitanti  
constantiam, quod Benedi-  
ctus XII. injustum ab se  
quidpiam roganti; duas ani-  
mas si haberem, ultrò Princi-  
pi unam, & libenter darem; s;  
perdere quam solam habeo,  
nec licet, nec libet.

Unum est necessarium.

Luc. IO.

Ubi

Ubi salutis dannum est,  
ille utique jam lucrum nul-  
lum est. S. Eucherius.



## XII. DIES.

*De conversione ad  
DEUM minimè dif-  
ferenda.*

### I.

**L**entius ad DEUM re-  
gredior, velut ejus  
manus refugus metuam.  
An usque adeo malum est

C 6

DEI

DEI esse, adeo probrosum, vitae probrosæ finem honestum imponere? an potest bonitas infinitum amabilis, & pulchra, nimirum amari? Cras, inquis, certò cras, quidni potius hodie, cur non modò? tua forte cras vincula & catenæ rumpentur mollius; & dociliorem bonæ frugis animum senties? Haudquaquam penitus, ipsum quod omnia enervat, & absunt tempus, pravos figit & corrobora, habitus, facitque morbos curationis omni-

no expertes, remédiorum  
procrastinatio.

## II.

Quæ mala nos sistit re-  
mora , quo minus sequa-  
mur magnis ad pœniten-  
tiam vocibus provocan-  
tem ? quid tandem nos  
territat ? laboriosa est vi-  
tæ mutatio , quis neget ,  
aut quis dissimulet ? sed  
potest quicquam Christia-  
no difficile esse aut labo-  
riosum , Christum colenti  
crucifixum , & Paradisum  
expectanti ? si quid est in  
hoc agone terribile , pra-  
vus est divinæ gratiæ , &  
ingratus usus .

## III.

Differam scilicet in futurum ! futuri nempe sum Dominus , & meo arbitrio volvitur ? præstolatur , fateor , meum reditum D E U S ; hæc sacræ mihi asserunt paginæ , sed tacent quamdiu , & quantum supersit mihi temporis ad vivendum . Qui certum facit veniæ pœnitentem , certum craftini non facit peccatorem . Suppetet fortè conversioni tempus ; at fortè non suppetet . Esse planè amantem oportet , qui fortuito momento , salutem su-

suam sempiternam committit.

*Nunc demum incipe, tempus recole, quo sua flagitanti D E O procrastinas, ludis contracta apud illum iura & nomina, ad periculi, quod tamdiu jam subi, formidolosam cogitationem eborresce.*

*Dixi, nunc cæpi. Psal. 79.*

*Nulla satis magna securitas, ubi periclitatur æternitas. S. Gregorius.*





## XIII. DIES.

*De spernendis hominum judiciis.*

### I.

**L**OQUUNTUR & GARRIUNT homines; sine sis garriant, & in gratiam stultorum cave, ut velis despere. Atenim de te quos dabis sermones? dicent te pluris DEUM, quam homini.

mines facere; laudabunt  
tacitè consilium tuum e-  
tiam maximè dissoluti, &  
apud se omnino statuent,  
probète, recteque agere;  
ut cuinq; verò obloqua-  
tur, quid interest, dum  
officio satisfasias, & Deo?

## II.

Quid hoc socordis, &  
vili est ignaviæ, Evange-  
lium erubescere, cumquè  
honori homines vulgo  
ducant, Principum gesta-  
re symbola & colores;  
Christi tesseram, & insi-  
gnia occultare, & refuge-  
re Christi servos? abjectis-  
simi qui que opifices, arte  
sua

suâ palam gloriantur,  
Christianismi pudet Chri-  
stianos ? erubescet Chri-  
stus coram Patre , quos  
Christi puduerit coram  
hominibus.

## III.

Heu ! habet scilicet e-  
rubescendum aliquid a-  
dorable Christi nomen ?  
notatur aliquo infamiæ  
nævo ? probrum est ejus  
dictata sectari , & exem-  
pla ? propudosum non est  
impudicè , & impie vive-  
re ? quin nequè inglorium ,  
nec contemptu dignum :  
tu tibi probi hominis titu-  
lum & famam dedecori  
ver-


vertis? Quicquid tamen  
deblateret, & nugetur  
vulgus, honestissimi sunt  
inter homines, & ingenij  
supra omnes eximiè nobis.  
lis, quicunque D E O fi-  
deliorem dant operam, &  
animosius apertiusque illi  
sua obsequia profitentur.

Interrogo ego te, tūque  
ipse temet interroga, num te  
illud interdum mundi vacu-  
um terreat simulacrum? &  
ab officijs viri Christiani cu-  
ras tuas vel frangat, vel de-  
flectat?

Non erubesco Evangelium  
Rom. I.

Quid

*Quid times fronti tuae,  
quam signo crucis armasti.*  
S. Augustinus.



## XIV. DIES.

*De usu divinægra-  
tiæ.*

### I.

**M**omenta gratiæ imprimis etiam in simæ nulla nobis donantur, nisi Christi nobis infinito empta, & parta sanguine, ejus-

ejusquè in cruce morientis quæsita precibus, impetratáque ab æterno Patre. Cogitationem promiscuè attendens, quam sibi sentit imitti cœlitus, instinctus præfocans vitæ melioris, Christi JESU proculcat sanguinem, & mortis ejus fructum evacuat.

## II.

Obstricti DEO nominibus gratiæ tenemur, non ejus solùm, quam nobis tribuit, sed quam destinaverat tribuendam, si natus esset non refractarios, nec socordes illius

trapezitas. Occludamus  
licet Solis radijs fenestras,  
huic nihilo sumus lucis c-  
jus minus debitores, quā  
ultra à nobis excludimus.

## III.


Viginti fortassis anni  
sunt, ex quo urgeris à Deo  
interius ea capessere, quæ  
nunc etiam omittis, & re-  
fugis. Siccine decet tādiū  
in schola salutis Spiritum  
sanctum audire docen-  
tem, sollicitantem, argu-  
entem, minantem & fru-  
stra nullo compendio au-  
dire? meminerimus D E-  
UM creditorem esse, cui  
nemo decoquit; flagita-  
tio-

tionem debitorum si se-  
tinari non adeò urget,  
grandi eam fœnori refe-  
rat. Denique fixa est cœ-  
litus mensura gratiæ , &  
peccati certa , cuius ut  
metam attigeris, DEUM  
à te avertis nunquam re-  
diturum.

*Divini spiritus agnosce, &  
lauda munificentiam in col-  
latis tibi tot gratiæ tam mul-  
tiplieibus donis ; veniam pos-  
cito ejus aut perperam , aut  
infideliter occupatæ time; il-  
li, si pergis immorigerum te  
præbere, ne te in perpetuum  
deserat.*

Cui multum datum est, vo  
multum queretur ab eo, p  
Luc. 12.

Gratiam sequitur iudi-  
cium. Basilius.



## XV. DIES.

*De usu temporis.*

### I.

**I**nter vitæ hujus miseri-  
as, non mediocri fletu  
lugenda est jactura tem-  
poris: curtum est ac bre-

est, ut hoc ævi, quod vivimus,  
eo, pretiosa sunt illius mo-  
menta : hoc tamen vivi-  
mus ut nunquam mori-  
turi ; hoc ita traducimus,  
velut ad otium in eo posi-  
ti.

## II.

Heu ! cuipiam **damna-**  
**torum**, si punctum tem-  
poris quod dilapido &  
perdo, **D E U S** indulge-  
at, quos non inferos, &  
ignes extinxerit. **Vitæ**  
mihi momentum nullum  
est, cui non sit in promptu  
felicitatis beatæ, si volo,  
lucrum. Nullum omit-  
timus in vira ditescendi,

D

aut

aut voluptarij otij articu-  
lum ; ad occasiones pul-  
randæ , augendæque sa-  
intis assiduas ægrè inter-  
duin oculos vertimus ?

## III.

Non est dies ille optimus , & summè faustus ,  
quo tua negotia , & lucra  
quam prosperimè pro-  
movisti , sed quo merita  
tua , tuæque apud DE-  
UM gratiæ profectum .  
Sic age ac vive , ut quo-  
cunque te puncto tem-  
poris quis roget , quid agas .  
possis veraciter dicere ,  
DEO meo & saluti mea  
vivo , ac labore .


Con-

*Conceptum D E O pla-  
cendi propositum renova; al-  
tiusque in animum demitte,  
quicquid temporis extra il-  
lud ponis, tibi perire.*

*Nemini dedit spatium.  
Eccli. 15.*

*Vacat tibi, ut Philosophus sis, non vacat, ut Christianus sis? S. Paulinus.*





## XVI. DIES.

### *De Sacramento- rum usu.*

#### I.

**S**Acramenta , ductus sunt aurei , quibus influit in nos cum Christi meritis , Christi sanguis . Fontes sunt felicitatis nostræ primarij . Sed ea dum perperam usurpamus , Christi meritis injuriam

fa-

facimus , & salutis viam  
nobis præcludimus.

## II.

Ijs porrò utuntur per-  
peram , qui ad illa , dum  
pravè animo affecti ve-  
niunt , vim eorum eli-  
dunt omnem , & mortem  
ex ijs pro vita referunt.  
Quanta hinc nobis me-  
tuendi causa : tot confes-  
sionum tam parcus emen-  
dationis fructus ; ab itera-  
to tam sæpè divino epulo ,  
adhuc tanta , trivialis &  
solutioris vitæ continua-  
tio ! Christianus illo vel se-  
mel dignè pastus , marty-  
rio par est , tu tete intro-  
spice .

D 3

III.

## III.

Quod terrere te debet  
potissimum in accessu ad  
vitalem mensam, est illa  
Pauli vox: Si absque serio  
admissorum dolore acce-  
dimus, judicium nos, &  
mortem manducare, no-  
stramque nobis quodam-  
modo damnationē com-  
parare; quam feret à nobis  
satisfactionem Christi cor-  
pus profane, & crebro,  
manducatione sacrilegā  
violatum.

Observa sigillatim, in qui-  
bus consueisti peccare, con-  
fundo & communicando: il-  
ludquè piæ sapientisque ani-


me

ma & emulare, quæ nunquam  
divina adibat mysteria, nisi  
velut tunc postremum actu-  
ra, quod agebat.

Probet autem seipsum ho-  
mo. I. Cor. 15.

Pænitentibus dico, quid  
prodest, quia humiliamini, si  
non mutamini. S. Augusti-  
nus.





## XVII. DIES.

*De adorabili Mis-  
sæ sacrificio.*

### I.

**M**issa peracti semel in  
cruce sacrificii ,  
quotidiana instauratio  
est. Quod olim mundo  
Calvariæ theatrum de-  
dit spectaculum , idem  
nostris in templis perpe-  
tuò editur. Nihil potes  
DEO

D E O facere aligratius ,  
quàm si tanti sacrificij ma-  
iestatem venereris præ-  
iens ; quod Christianè ut  
facias , junge animi sen-  
sum cum sacrificante , &  
cum illo unà æterno Pa-  
tri filium ejus sacrificat-  
aut Christi potius cordi  
mitissimo cor tuum infe-  
re , & D E O utrumque  
offer pariter , & incende .

## II.

Proritamus in nos of-  
fensâ perpetuâ & pertina-  
ci D E U M , pœnis luen-  
da infinitis ; unde nobis  
illi quod satisfaciat irato ,  
nisi ex filij ejus perpeccio-

nibus. In opia nostræ nihilum imploremus? Nullæ pœnitentium Sanctorū cruces, & cavernæ, nulla beatorum tormenta Martyrum, ærumnæ, & calamitates miserorum nullæ, possunt nominuni apud DEUM nostrorum vel minimum apicem delere, nisi sacrificio crucis jungantur & meritis, quæ per sacrificium Missæ nobis tribuuntur, nostraque in jura transcunt.

### III.

Non ferret planè Deus ubiq; gentium tot ac tanta tam immanium scele-

rum

rum, quibus exasperatur  
monstra, & inquinamen-  
ta, nisi similiter ubique ur-  
bium etiam pessimarum  
filii sui sanguine placare-  
tur. Tam caræ aspectus  
victimæ excutit irato tela  
de manibus. Si nostra  
vindictam magnis voci-  
bus expostulant crimina,  
misericordiam majoribus  
clamat JESU Christi san-  
guis. Adoremus victi-  
mam nostram Christum,  
ad eamus saepius ad ejus a-  
ras, nostraque illic ei ob-  
sequia provoluti redda-  
mus. Quanto ejus & no-  
stro dedecore agit Chri-  
stus

stus deserta in aula solitariis, vacuisque in templis, dum aulæ Principum salutatoribus stipantur.

*Legem hanc tibi firmam  
indicito, audiendi quotidii  
sacri, sed eâ, quæ debetur sa-  
crificio tanto, reverentiâ, &  
metu: ad hoc finge te in Cal-  
varium montem scandere,  
spectator futurus Christi mo-  
rientis.*

*In omni loco sacrificatur,  
& offertur nomini meo obla-  
tio munda. Malach. i.*

*Tunc verè pro nobis hostia  
erit DEO, cum nos metipsoſ  
hostiam fecerimus. S. Gre-  
gorius.*



## XVIII. DIES.

### *De Eleemosyna.*

#### I.

Quantum debemus Christo JESU, qui substitutis suo loco egenis, potestatem nobis tribuit, bene de se ac liberatiter merendi? In Eucharistiæ venerabili Sacramento manens Christus, nostras expectat, & ex-

E

ci-

cipit adorationes, siisque  
se in pabulum præbet, in  
pauperibus manens, suo-  
rum opperitur, movetque  
miserationes ; jubetque  
ab ijs se juvari , & pasci.  
Ah ! si hoc illi negas, in-  
felix anime ! projicis cani  
tuo famelico panem, esu-  
rienti Christo negas : ô te  
iniquum & barbarum !

## II.

Quod viris datur prin-  
cipibus , & magnis , ut  
plurimum perditur ; at  
verò redit semper grandi  
fœnore , quod DEO da-  
tur , etiam aquæ scyphus.  
Mille familias opulentas  
alea,

alea, comessatio, & lu-  
xus everterunt, ne unam  
quidem misericordia in-  
gentes vel debilitavit, vel  
succidit. Ars est arcana,  
& indubitata faciend<sub>e</sub> rei,  
beneficentia in egenos.

## III.

Ex beneficentiæ hujus  
mensura & modo, de cu-  
jusque mortalium sorte  
ancipi<sub>i</sub>ti ( morte aut vitâ  
sempiternâ ) postremum  
decernet, pronuntiabit-  
que judicium: quid illic  
tot divites epulones di-  
cent, quâ depulsione ob-  
jecta sibi à pauperibus re-  
fellent. Quid Christi sen-

rentiæ opponent duriti-  
em pectoris faxeam ex-  
probranti: *Ite maledicti in  
ignem æternum, esurivi, pa-  
nem mihi negástis; nudus fui,  
veste nuditatem meam non  
operuistis,* &c. Durities cor-  
dis in pauperem, præju-  
dicum est damnandæ ani-  
mæ: pignus salutis, ve-  
ra piáque commiseratio.  
Nobis enim quid possit  
Judex objicere, nostris ve-  
stibus tectus, pane nostro  
refectus & vegetus, pe-  
cuniâ nostrâ & necessarijs  
instructus? Nihil à supre-  
mo timendum nobis est  
tribunali; si causæ patro-  
nos


nos habuerimus pauperes.

Perpende igitur ; qualem te exhibere sis solitus pauperi ; an ut ipsimet Christo ? an ut legitimo traditori , cui ex anima cupias satisfactum ?

Fæneratur Domino , qui miseretur pauperis. Proverbior. 19.

Date omnibus , ne cui non dederitis , ipse sit Christus. S. Augustinus.





## XIX. DIES.

*De exempli officio.*

### I.

PLures egit in ruinam  
exempli pravitas, quam  
proborum sanctimonia in  
frugem bonam. Si nobis  
nunc paterent inferi, tot  
ex millibus damnatorum,  
vix unum audiremus, qui  
non vociferaretur fremes,  
illius exemplo perij. Proh!  
quan-

quanta culpæ immanitas  
hic subest, & poenarum?  
**Q**ui diligere jubemur ini-  
micos; in fontibus, & ma-  
li erga nos nihil commer-  
tis, ut quid tantum malo-  
rum inferimus? cuius fuit  
infelicitas tam cruenta, ut  
animas perderet Christi  
sanguine redemptas? quid  
non illi sævum, & impia-  
bile timendum? vel quæ  
possit nobis restare DEI  
fiducia, post direptam illi  
animatorum prædam, tam  
ærumnoso partam, tan-  
tóque pretio.

## II.

Vos ego alloquor pa-  
E 4 ren-

rentes, qui exemplis parū Christianis viam filijs vestris, præritis ad inferos; præstabat illos nunquam ex vobis nasci; nec vos illis auctores vitæ fuisse, utpote morti per vos autorandis, & quidem perpetuæ. Quid ijs dicturi, & responsuri estis, cùm suæ à vobis beatitatis patrimonium reposcent?

## III.


Hortanti morem geramus Apostolo, Christum induamur, illius spiritu agamur, moveamur dœtu, splendeamus virtutum dotibus, ut quisquis in

in nos aspectum conje-  
rit, Christi meminerit.  
Non minus conferet fra-  
ternæ saluti castigatæ vi-  
tæ spectata integritas,  
quàm dissolutæ improbi-  
tas contulerit ad damna-  
tionem.

Adverte animum, quam  
teneas vivendirationē, num  
re quāpiam iñocentiæ alienæ  
offensionis, & pete à DEO  
criminum veniam, quorum  
alijs ansam præbuisti. An  
levis adeò nostrorum nobis est  
sarcina peccatorum, ut premi  
velimus etiam alienis? de 33  
Væ homini, per quem scandi-  
culum venit. Matth. 8.

*Pro tantis reis quisque est,  
quantes traxerit ad reatum.*

Salvianus.



## XX. D I E S.

### *Detolerantia.*

#### I.

**A**D hoc non sumus Christiani, ut divitijs fruiamur, & voluptatibus. In proclivem hunc finem & abjectum, opus Christianismo nihil fuit. Suo tantum mundus nativo pon-

e E

ponderi, opinioni, & cu-  
piditati fuerat permitten-  
dus. Christiani vita de-  
testatio est admissarum in  
DEUM offensarum, &  
cupiditatum mors jugis,  
ac violenta: vel diligenda  
nobis est Christi crux, vel  
fides ejuranda.

## II.

Quid enim Christi nos  
docet Evangelium? Bea-  
ti qui lugent. Væ vobis  
divitibus, qui nunc ha-  
betis consolationem ve-  
stram, &c. Et hæc quidem  
est Spiritus Sancti lingua  
clara & facilis; sed videtur  
jam solis perspicua barba-

ris; ad martyria procur-  
runt Japones & Canaden-  
ses Christiani & hic de  
tolerandis adversis arti-  
culus, de Evangelij Eu-  
ropæi symbolo tantum  
non excidit. Satin' cer-  
to à nobis felicitas credi-  
tur in lacrymis sita? infe-  
licitas in opulentia & vo-  
luptatibus? & tamen hoc  
effatum religionis nostræ  
sacrosanctæ, eâdem tenē-  
dum, nec minus certâ  
persuasione, quam Au-  
gustissimæ Trinitatis, &  
incarnati D E I myste-  
rium.

## III.

Oportuit Christum pati, &  
ita intrare in gloriam suam :  
nemo beatorum nisi hāc  
viâ in cœlum evasit : quod  
ijs & Christo tanti stetit,  
hoc nempe inertibus &  
incurijs nobis obuenturū  
putamus : Crux electo-  
rum est & sors , & cha-  
racter ; qui nec ullam ha-  
bet , nec habere sustinet  
ejus partem , reprobi no-  
tā inustum se noverit. Aut  
enim hic necessariò ; aut  
illic perferenda sunt no-  
bis adversa.

Christum adora de cruce  
pendentem ; & ab eo precare,  
ut

*ut te crucis in partem aliquā  
admittat, ex qua in ejus pa-  
riter gloriæ societatem ad-  
mittaris.*

*Qui non bajulat crucem  
suam, & venit post me, non  
est me dignus. Luc. 14.*

*Padeat sub spinoso capite,  
membrum fieri delicatum.  
S. Bernardus.*





## XXI. DIES.

*De conformatione  
voluntatis propriæ cum  
divina.*

### I.

**S**ummum hominis bonum est, velle idem cum suo conditore. Hac unâ pressim voluntate vera sanctitas continetur, nec aliunde sancti nomen, &

& decus Sanctorum ullus  
adeptus est, nisi privati  
arbitrij confessione cum  
divino. Quidquid præ-  
terea virtutum paraveris,  
nec solidè pius es, nec re-  
ligiosus, si hac carueris.

## II.

Qui DEI nutibus æ-  
grius acquiescit, DEI ju-  
ra tacitè usurpat. Opta-  
re res cursu alio quàm  
quo reguntur agi, quid  
est aliud, quàm DEUM,  
nec Dominum velle, nec  
arbitrum? Nulli nos infe-  
stant DEI injussu casus;  
& iniquum est prorsus, ut  
no-

nobis displiceat, quod Sapientiae placuit infinitae.

## III.


Quæcunque accidunt,  
digeruntur à D E O , di-  
spensanturque in utilitatē  
mortaliūm ; etsi ferro ju-  
gulum meum petat, cer-  
tus sum, ejus manum , &  
ferrum, miti ejus affectu,  
& paterno regi. Quid igi-  
tur metuam ab amante,  
aut velle quid possum, ni-  
si quod ipse vult. Absit  
querar deinceps de æstu ,  
de frigore, de lite perdita,  
de morbo, quo teneor ;  
naturam hæc omnia mu-  
tant, dum per DEI ma-  
nus

nus ad nos perveniunt, & transmittentis beneficentiam induunt. Vulgo audiunt adversa, calamitates, miseriæ; sunt tamen reverâ casus fortuiti, & faventis cœli singularia munera, si ad providentiæ divinæ lucem finēsque spectentur.

*Tuis ergo te libens arbitriū exue. ac D E U M precare, ut abste, ac de te fiat, quodcūmque voluerit.*

*Ita Pater, quia sic placitum fuit ante te. Matth. 11.*

*Ille placet DEO, cui placet Deus. S. Augustinus.*



## XXII. DIES.

*De Statuenda in  
D E O fiducia.*

### I.

**V**aletudinem medico,  
Patrono litem, vitam  
quóque si cæcus es, pue-  
ro, imò & canis ductui  
committis; & tui curam  
D E O ægrè, aut timidè  
permittes?

II. Ne

## II.

Ne formicas quidem,  
& culices negligit provi-  
dentiæ supremæ bonitas  
ipso orbe vastior: ad ima-  
ginem conditus; ad beatifi-  
tatem educatus , Christi  
sanguine emptus , quid  
metuat? Alit Deus igna-  
ros suæ lucis , & nominis  
populos ; bonis cumulat  
suis sacrilegos divinitatis  
suæ contemptores. Chri-  
stianorum causâ quid non  
agat , à quibus amatur ,  
& colitur ? rationibus no-  
stris haud paulo tutiùs &  
quæstuosiùs , in manus  
ejus depositis consulitur ,  
quam


quàm in nostras. Sina-  
mus ut ipse illas curet. Pa-  
ter nobis simul est & ma-  
ter, facit utriusque tene-  
ritudo, ut ijs incumbat  
promovendis. Suam no-  
bis obstrinxit tutelam,  
promissa non fallet; prius-  
que in nihilum terra, &  
cœlum redierint, quàm  
ut probos perire patiatur  
suo patrocinio confilos.

*Interrogetur hic; exami-  
neturque animus, num fidu-  
ciâ nitatur dignâ profusione  
divinæ bonitatis, & Christi  
meritorum.*

*D E U S mens es tu; in  
ma-*

34 Christianæ  
manibus tuis sortes meæ:  
Psal. 30.

Projice te in eum; non se  
substrahet, ut cadas. S. Au-  
gustinus.



## XXIII. DIES.

*De amore in  
D E U M.*

I.

**E**O usque nos dilexit  
D E U S, ut filium  
suum unigenitum nobis  
da-

daret, daturus omnino, si  
quid pretiosus habuisset;  
se potuicne majori pretio  
nostrum erga se amorem  
emere? Suum secum cir-  
cumfert philtrum medio-  
cris bonitas, suam habet  
justam ubique amabilita-  
tem: Infinita & nullis  
spatijs circumscripta, qui  
possit à me non amari; An  
esse amabilis desinit, quod  
metâ careat amabilita-  
tis?

## I I.

Præcipit nobis sui amo-  
rem DEUS, an justo se-  
verius, & onerosius est  
præceptum pulchritudi-  
ni

nis diligendæ, quæ infinitas habet illecebras, & causas. Toto corde se amari præcipit, totas scilicet cordis exigui DEO immenso angustias dare nimium quis putet? Totum qui dicit, nihil excipit, nisi totum dedero, nihil dedi.

## III.


Si quæ statui possent æternitati metæ, ne pœnis quidem omnibus inferorum, vel ipsius judicio diaboli male emeretur facultas diligendi DEI: felicemque se quivis censemque ret damnatorum, si post

cruciatus sæculorum innumerabiles obtineret Dei saltem semel amandi potestatem. In manu enim mea est, si volo, gratis planè, & labore propè nullo id assequi. Hoc si nolo, dum possum, malum opto, & volo inferis gravius.

*Omnem itaque præter DEI unius amorem abnega; charis omnibus nuntium remitte, & quanta vi potes animum adige, ut præ omnibus DEUM amet.*

*Si charitatem non habuero, nihil sum. I. Cor. 13.*

Si amare pigebat, redam  
mare non pigeat. S. Augu-  
stinus.



## XXIV. DIES.

*De amore in Chri-  
stum JESUM.*

### I.

**T**AM caro nihil unquam emptum est, ut hominis anima: ejus pretium fuit D E U S. Commixtus fueram inferos, posce-

da. poscebat Dæmon, poscebant universa vindictam, quibus me crima obnoxium fecerant. Spretis eorum justis claimoribus J E S U S , ad unam attendit, mitissimi pectoris sui vocem, misericordiam pro me postulantis & veniam. Misertus mei est ; & hanc mihi toto, quantus erat sanguine redemit. Esto D E I non forem creatoris , & nullo ei tenerer jure ; Salvatoris tamen D E I castrense peculium, & possessio sum. Servatæ ut minimum salutis , animum debo gratum,

tum, & memorem; vi-  
tam illi si minus valeo pro  
vita rependere: quis tan-  
topere amanti, amoreni  
negare mutuum sine bar-  
baro & exsecribili pecto-  
re valeat?

## II.

Cani os nudum, mihi-  
que inutile proijcio de  
mensæ meæ analæctis; re-  
pendit mihi canis escam  
vacuam, & exsuccam a-  
more, blanditijs, fidelicu-  
stodiâ. Congerit in me  
dona sua Christus, sangu-  
inem, merita, thesauros  
pretio emptos iuæstima-  
bili; & sto immobilis, &

fa-

saxo durior. Disce, ô ingratus caput, disce, naturæ abortivum, tua ex hellua officij tui saltem aliquam partem: magister tibi est, & judex canis tuus, nisi ejus exemplo movearis, & mitius sapias, bestijs pejor es, atque immanior.

## III.

Animum gerimus in amicos tam tenerum, & sensus ad eorum beneficia tam acutos; num Christi J E S U solius amorem munificum & immensum, duritie pectoris, & barbarie ingratâ pensabimus?

quis eorum pro nobis in  
crucem suffixus est?

*Christi JESU amorem a  
Christo flagita, nisi per illum  
obtineri non potest.*

*Si quis non amat Christum  
JESUM, sit anathema. I.  
Cor. 16.*

*Si totum me debeo profa-  
cto, quid addam pro refecto,  
& hoc modo refecto. S. Ber-  
nardus.*





## XXV. DIES.

*De amore in proximos.*

## I.

**F**Alsò sibi de amore in  
DEUM blanditur,  
qui fratrem non amat,  
frustra est, quicquid boni  
agit, seque ipse met fallit, si  
fratrem non diligit. Ex-  
securatur quoquè martyri-

um D E U S , si destitui-  
tur charitate.

## II.

Hoc est , inquit J E S U S ,  
præceptum meum , ut di-  
ligatis invicem , sicut di-  
lexi vos . Ponamus ho-  
minibus nihil inesse ama-  
bile ; at hoc solum , quod  
Christus amare illos dig-  
natus est , parum nè suffi-  
cit , uteos intimè diligam ?  
Delicatior sim , & moro-  
fioris fastidij , si mihi non  
sapit , quod Christo sapu-  
it , & quod plusquam seip-  
sum adamavit .

## III.


Christi amore profe-  
cto

qdò nòn amplector illos,  
quorum causâ nolim vi-  
tam libenter, & bona per-  
dere: rarum sit fateor hoc  
decus inter Christianos  
tam arduæ , & exquisitæ  
pietatis; est tamen & Chri-  
sti proprium , & Christia-  
nis omnibus imperatum.

*Sensus concipe , ac fove te-  
neros , incensi erga illos amo-  
ris , quos tantâ suâ dignos  
charitate censuit Christus  
JESUS , & hoc tibi con-  
stanter , & fortiter impera , ne  
re ullâ proximum unquam  
lædas .*

*Qui diligit proximum , le-  
gem implevit . Rom. 13.*

Dilectio sola discernit inter filios DEI, & filios dia-  
boli. S. Augustinus.



## XXVI. DIES.

*De inimicis dili-  
gendis.*

### I.

CHRISTIANISMO tam altè est insita lex sancti in omnes amoris, ut ne hostes quidem excludi à se patiatur. Hanc nobis peto  
Chri-

Christus posuit inviolabilem , hanc exemplo , & factis præivit. Jubet DEUS ; & durum jubentis censemus imperium ? Mortem suam D E U S carnificibus condonat , nos ne levem quidem fratribus offensiunculam remittamus ?

## II.

Nullus veniæ locus superest , veniam hostibus neganti. De nostro exemplo quod agat D E U S sumit ; sicut iniuncto parcimus , ita Christus nobis. Christianus vindictam apabis petens , ore suo se damnat

nat toties, quoties repetit  
precationem dominicam.  
Aut diligamus inimicos  
necessè est, aut oderimus  
nos ipsos.

## III.

Christianorum par mu-  
tuò sibi infensum religio-  
nes videtur sectari con-  
trarias. Quo pacto enim  
qui ferre aspectus mutuos  
non possunt, adoraturi  
sunt ad idem altare, sum-  
pturi eadem ex mensa ci-  
bum; unum sibi ambobus  
suasuri, & expectaturi pa-  
radisum? Fas est solos dæ-  
mones odisse; oderint se  
quoquè invicem dannar-


ti, est enim illis hoc ad  
pœnam inflictum , ut se  
alternis,&junctis lacerent  
odij. Nullum igitur est  
certius damnationis futu-  
ræ argumentum , tenaci  
in hostes odio ; characte-  
re hoc inustus animus ,  
suum hac tesserâ jam  
apud inferos metatur ho-  
spitium.

Te te ipse explora penitus  
coram Christo de cruce pen-  
dente , & si quid in te à fra-  
terno amore alienum , aut  
frigidum senties , in hausto  
è Christi vulneribus igne ac-  
cendere , & absumere con-  
tende.

G

Qui

*Qui odit Fratrem suum, per  
homicida est.* I. Joan. 3. *eju-*  
*Vindicari vis Christianus: salu-*  
*nondum vindicatus est Christi-  
stus.* S. Augustinus.



## XXVII. DIES.

*De Christi JESU  
imitatione.*

### I.

**S**imilitudinis divina quæ  
præpostero ambitu Ex-  
primus hominum hominib  
per

perdidit seipsum & perijt;  
eius posteris nulla est ad  
salutem via , nisi ut ambi-  
bri te meliori Christum DEI  
filium æmulentur , ejus-  
què archetypo assimilari  
contendant , & imprimi-  
nam electorum est caput ;  
& reproborum nota est ,  
eius imaginem non refer-  
re.

## II.

Tam sollicitè mores ri-  
tusquè urbici observan-  
tur ; ad Christi vitam , e-  
jusquè regulas vix sunt ,  
qui animum advertant.  
Ex Principiis modo , & mo-  
ribus sic singunt aulici ;  
per G 2 Phi-

Philosophorū non solum  
placita, sed etiam natura-  
les nævos subinde Disci-  
puli sectati sunt; ego nu-  
seriam, & debitam curam  
hucusquè unquam adhi-  
bui ad filij D E I, virtu-  
tumquè ipsius imitatio-  
nem? Quam erubescen-  
dum, me pedem hacte-  
nus vix movisse, ut eum  
sequerer! quam probro-  
sum illi est, cum quidem  
præire, sed qui eum comi-  
tetur, vix aliquem reperi-  
ri?

## III.

Quâ fronte adstabο su-  
premo Judici, componen-

ti me cum meo archetypo? vitam ejus cum mea; demissionē ejus sacrofanciam cum meo supercilio; cum meis delicijs, & luxu, vulnera ipsius: mansuetudinem, cum iracundia? &c. Christianismi expers Christianus; diaboli servus ex Christi fonte latus; conscriptus sub vexillo crucis, & mundo carnique militans, quale monstrum, proh DEUS! quamque horribile! Aut baptismi eradam charakterem, & professionem abdicabo Christiani, aut ēChristi nunc tandem re-


gula, & amussi vivam; quia  
nihil est aliud vita Chri-  
stiani, quam imitatio vi-  
tæ Christi.

Vide hujus vitæ, num co-  
lorem geras, & lineamenta:  
num in omni tua agendâ ra-  
tione Christi discipulum refi-  
ras?

Magister, sequar te, quo-  
cunque iéris. Matth. 8.

Sine causa sum Christi-  
nus, si Christum non sequor.  
S. Bernardus.





## XXVIII. DIES.

*De peculiari erga  
Deiparam pietate.*

### I.

**C**or mihi quis, ô quis  
ab itnis revellat præ-  
cordijs, si est erga Mariam  
frigidum ! D E I matrem  
quisquis non amat, indi-  
gnus vitâ est, & cujuscum-  
que alterius amore ; nihil

potest DEO excellētius  
fieri , amabilius nihil, mi-  
hiq; beneficentius. Quid  
ergo illi æstimationis prō-  
pe infinitæ , quid amoris,  
quid fiduciæ nondebeam,  
& profusè ac prodigè de-  
feram ?

## II.

Si quod D E U S aver-  
tat ) mea omnia in auras  
evanescant religionis offi-  
cia ; hoc saltem , pietatis  
in Virginem tenebo, & co-  
lam, dum vita suppetet, &  
quibuscumquè me malis,  
sceleribusquè involvero,  
ex illo tamè exitiabili cri-  
minum meorum gurgite,

ab

ab ea gratiam conversio-  
nis ad D E U M sperabo,  
& petam. Mergar licet  
inferis collo tenus, inde  
cœli Reginam in opem  
vocabo, miserationi ejus  
integrè me committam,  
nemo enim potest inter  
Mariæ brachia perire,

## III.

Ad ejus tribunal rei  
quantumvis insignes pro-  
vocant, suásque omnes  
conclamat etiam eventus  
causas ad eam referunt.  
Securè offenso, & irato  
nobis D E O , matris ejus  
appellatur misericordia:  
gloria ejus est, bene misere-

ris facere, parsquē illius in  
cōelo majestatis, pecca-  
tores in suum exitium ob-  
stinatos, in filij gratiam  
revocare. Hunc si ani-  
mum gerit erga scelera-  
tos, qualem geret in fide-  
les servos? Et possit vide-  
licet parens mea optima  
& mater misericors addu-  
ci ad signandum damna-  
tionis meæ decretorium  
syngraphum? Possessio-  
nen ejus bonitatis, præ-  
scriptione annorum plus  
mille sexcentorum firma-  
tam tenemus, qui si ei cre-  
dat renunciaturam, &  
spes nostras nunc primum  
de-

decepturam? Peccare in illam non possumus gravius, & in nos damnosius, quam si ejusdiffisi clementiae, à poscendo ejus auxilio absistamus. Ubi à Mariæ cultu desiero, ibi actum de me in perpetuum reputabo.

Nostra ergo illi obsequia instauremus, profiteamurque ipsi ex animo:

Dominare nostri tu, filius tuus. Jud. 8.

Maria! ó nomen, sub quo nemini desperandum. S. Augustinus.



## XXIX. DIES

*De S. Josephi cultu  
singulari.*

### I.

**S**ancti Josephi plenum encomium verbis duobus Spiritus Sanctus contexit, dum MARIÆ sponsum, & Christi Patrem nominavit. Non videtur potuisse creatam animam DEI magnificentia subli-

limius attollere, nisi DEO  
JESU, & MARIAE fer-  
cerit æqualem. Unum  
esse cum una DEI Ma-  
tre, Patris DEI vicem in-  
ter homines gerere, apex  
est dignitatis, ad quam  
possit nemo evahi majo-  
rem.

## II.

Præest cœlesti ærario  
Josephus, dispensat DEI  
opes. Utamur gratiâ,  
quâ pollet, si quid à Deo  
eupimus impetrare; quæ  
providentia divinæ com-  
munis ratio, extra spem  
nobis repræsentat, fiunc  
Josephi præsidio factu  
pro-

prona; nihil ei negat in  
cœlo Christus, cui esse  
voluit in terris subditus.

## III.

Auget nostram sancti  
Josephi venerationem,  
quod ejus potentiam æ-  
quat par bonitas; ut Pa-  
ter DEI Salvatoris, &  
Deiparæ sponsus, Chri-  
stianos omnes pro filijs  
ducit; post sua tam assi-  
dua, & grata in Christum,  
& Matrem obsequia, non  
potest ijs ope suâ deesse;  
quos tanto amore com-  
pletebit Mater, tanto  
emit sanguine filius.

Securè animum in sancte  
Josephi manibus depone, ac  
pete ab illo quotidie talera  
obitum, quali ipse beatos in-  
ter J E S U dulcissimi, & Ma-  
rie sponsæ complexus expi-  
ravit.

*Ite ad Joseph. Gen. 41.*

*Quam potentiores sunt in  
caelis, qui tam potentes fue-  
runt in terris? S. Bernar-  
dus.*





## XXX. DIES

*De peculiari cultu  
Sanctorum Angelorum.*

### I.

**C**ertâ, & communipersuasione tenet Ecclesia, mortalium quemlibet habere Angelum suæ custodiæ deputatum. Quanta foret rustici gloria, si Rex ejus tutelam, ejus-

ejusque rem omnem Prin-  
cipi credidisset è Regio  
sanguine, & hoc illi mu-  
nus expresso imperio  
mandâisset? At quanta bo-  
nitas illarum Mentium,  
tam pronis, & alacribus  
studijs capessentium cu-  
ram miserabilium homu-  
lorum, Deoque infenso-  
rum? Est certè compara-  
tio nonnulla, villici cum  
regio principe, cum An-  
gelo nulla.

## II.

Nunquam absunt no-  
stro à latere genij tutela-  
res; nunquam à nobis  
oculos amovent, testes  
sunt

sunt omnium, quæ mente  
versamus, & foris agimus.  
Et quem viri honesti à  
quovis indecoro & turpi  
admittendo, nō inhibeat  
præsens, & interior ocul-  
lus? Estne homo quicum-  
que ille sit, observantiâ di-  
gnus reverentiori, quàm  
Angelus?

## III.

Dignitatis suæ rationi-  
bus libenter sepositis,  
beati Spiritus in nostris  
utilitatibus promovendis  
quodammodo toti sunt;  
quid enim non satagunt  
nostrî causâ? Præludent  
nobis suo ductu, suis De-  
um


um, & nostris precibus,  
pro nobis fatigant. Con-  
solantur nos in adversis;  
subducunt periculosis;  
tentatos corroborant; de-  
fendunt ab hostibus; con-  
tinua nos adhortatione  
ad mutandam in melius  
vitam, Deique amore so-  
licitant; saepè quoque nos  
scelerum nostrorum in fu-  
rore ipso, & rabie, officij  
admonent, interdum ip-  
simet, & pœnâ castigant  
salutari: nulli demum se-  
dulitati parcunt, ut no-  
stræ consulat saluti; quod  
illis negotium præcipue  
cordi est. Hos ergo præ-  
ci-

cipuâ si nō diligimus, ob-  
servamus veneramúrque  
pietate, indigni profectô  
illorum tutelâ, patroci-  
nio, & curâ sumus.

*Custodis tui præsidium im-  
plora crebrius, idque præ  
omnibus ab eo flagita, ut in  
occasib⁹ peccandi, præ-  
sens tibi adſit, & in poste-  
mo mortis articulo.*

*Angelis suis mandavit de-  
te, ut custodiant te in omni-  
bus vijs tuis. 90.*

*In quovis angulo, Ange-  
lo tuo reverentiam habe. S.  
Bernardus.*



## XXXI. DIES.

*De ardore divini  
obsequij.*

## I.

**T**Anto saltem studio rem DEI curemus, quanto ille rem nostram: & quanto ipsem in salutem nostram ardore, tanto in candem cum illo incumbamus. Agit hoc unum ex parte, nihil praete-

terea, ut animi nostri ab-  
solvat sanctitatem. Huc  
omnes paterni pectoris  
curas, & conatus, huc  
providentiæ totius consi-  
lia, huc scita refert miseri-  
cordiæ, & clementiæ in-  
fontes profusionem. Quā-  
tus hinc pudor animo,  
DEUM frigidius amanti!

## II.

Si DEUM ex nobis,  
nostrâque inertiat meti-  
mur, nostris videbitur in-  
dignus obsequijs, ijsque  
condigno præmio pen-  
sandis aut impar, aut  
nimio tenax, & avarus.  
Quod enim aliud feratur

de

de domino illo judicium,  
cui pigram dent famuli, &  
frigidam operam. Dede-  
coramus profectò DEUM,  
ejusquè servitutem , &  
præmia , cum ejus impe-  
ratis ignavam aurem, ma-  
numquè præstamus. Ma-  
ledictus certè, qui facit o-  
pus DEI negligenter.

## III.

Pluris est quicquid eti-  
am perleve , DEI causà  
vel suscipitur, vel agitur,  
quam quod omnes un-  
quam heroës patrârunt.  
Si est tam acer ad gloriam  
stimulus vanitas , quantus  
debet esse æternitas ? Qui  
suas

suas navant dæmoni ope-  
ras . nulli parcunt sudori ,  
repulsâ offenduntur nul-  
lâ , nihil expostulant , que-  
runtur nihil ; estne Chri-  
sti conditio , quâm dæmo-  
nis pejor , & deterior in-  
feris paradiſus ; Sit ergo  
mihi deinceps pro schola  
tartarus ; & tantopere  
DEUM amem , quanto  
illum odêre damnavi , tan-  
tâ illi fide nisu què serviā ,  
quantâ mundo servitur ,  
& dæmoni . Fierine po-  
test , ut quis ineptè sibi per-  
suadeat , hanc servitutis  
divinæ mensuram supra-


debitum modum plus ju-  
sto extendi?

Vide, quam teneas in cur-  
su divini obsequij rationem?  
Attende, in quibus potissi-  
mum torpeas & frigescas, ac  
stude, sic illa deinceps emen-  
dare, ut non sint Dominos  
cui servis, indigna.

Spiritu ferventes, Domi-  
no servientes. Rom. 12.

Quales impetus habebas  
ad mundum, tales habeas ad  
mundi artificem. S. Augu-  
stinus.





## Quædam Sacrato- ris Philosophiæ Di- ctamina.

**Q**uidquid agis, præter  
salutis negotium, a-  
missum judica.

Unum est, quod agas  
necessarium, nempe quod  
Maria elegit, quod à te nō  
auferetur; quo beata effi-  
citur anima.

Duo sunt fines Homi-  
nis, bonus, & malus, bo-  
norum, & malorum. In  
al-

alterutro esse, necesse est,  
quia medium non datur.  
Ut in bono sis, à malo ca-  
ve.

Si quem vis hostem o-  
disse, te oderis : nullum i-  
sto salubrius odium ; nul-  
lus tibi teipso peiorest ho-  
stis.

Christus per omnia al-  
similatus est tibi : cura, ut  
tu vicissim illi te assimiles.

Hæc summa hominis  
gloria est, Deum sequi: hæc  
summa opulentia , Deum  
sibi facere debitorem.

Quid prodest homini ,  
si mundum universum lú-

cretur, animæ verò suæ de-  
trimentum patiatur?

Quidquid Deo in te di-  
splicet, sine mora ab ijcien-  
dum puta.

Omnia tua vis bona es-  
se; inter tot bona cave, ne  
tu solus malus sis. Ante  
omnia te oportet bonum  
esse.

Quid hominem times,  
si Deo places? Solus Deus  
debet noster timor, & a-  
mor esse.

Deus ubique & auris  
est, & oculus.

Omnia uti D E U S  
vult, tu quoquè ve-  
lis: velle melius non  
po-

**S** potes : nec sumimum bonum potest male velle.

Spera in Deo firmiter , qui & juvare vult , quia bonus ; & scit , quia omniscius ; & potest , quia omnipotens . Modicæ fidei , & spei , quid dubitas ?

Si terram diligis , terra es : si temporalia , evanesces cum tempore : si Deum , ( prope dixerim ) Deus es .

Momento stat æternitas : momento lucri fieri potest , momento perdi . O quanti momenti est tantillum momentum ! nulla est jactura , quæ re-

parari non possit: sola ja-  
etura remporis recuperati-  
on non potest, quia volat  
irrevocabile tempus, quo  
nihil est pretiosius, cum  
ab ipso dependeat æter-  
nitas. Quanti emerent  
damnati vel unicum tem-  
poris instans?

Unum momentum  
semper nos debet habere  
solicitos, bonæ scilicet  
mortis. Sed hoc à bona  
vita dependet: nam ma-  
lè mori nequit, qui benè  
vivit: vix potest mori be-  
nè, qui male vixerit.

Præstat millies mori,  
quàm

quàm DEUM vel levissimè offendere.

Æternitati labora , & cœlo : quidquid aliud opum congesseris , nihil tecum hinc auferes.

Divitias incarnata Veritas dixit spinas esse : nē te pungant, nōlito cor apponere.

Mundus & caro vocante, & sequeris: vocat Christus , & tergiversaris? audi veritatem , ne decipiaris à vanitate.

Sicuti nullum malum pœnâ vacat, ita nullum bonum prœmio carebit. Si ergo placet magnitudo

proemiorum, non deter-  
reat certamen laborum.

Cur hominibus famu-  
laris, & Deo non servis:  
nempe vis alijs prodesse,  
nocere tibi. Qui sibi ne-  
quam, cui bonus?

Diligendi proximi men-  
suram ex te cape : quæ  
vis, ut faciant tibi homi-  
nes, & tu facito illis. Hoc  
fac, & vives.

Nihil amore est pretio-  
sus, quo cælum emitur,  
summa ergo dementia:  
aut vana amare, aut no-  
xia.

Frustra quæris, quod-  
nam horum sit majus, su-  
fi-

stinere , vel abstinere ?  
utrūmque enim tibi est  
necessarium.

Nolo D E U M timeas ,  
si amare potes : quia hoc  
filiorum , illud servorum  
est . Ut tamen amare di-  
scas , time .

Mundum times ; ô va-  
nam formidinem ! Deum ,  
qui potest occidere cor-  
pus , & animam mittere in  
gehennam , non times ;  
O palmarem vesaniam !

Quid quæris in mun-  
do , qui major es mundo ?  
Ideonamquè tibi nihil suf-  
ficit , quia cum omnia mi-  
nuta sint , solus animus  
H 5 tuus

**S**tuus est vastissimus , &  
ipsius DEI capax.

Quid tam tuum , quam  
tu; & quid non tam tuum,  
quam tu , si es alterius? sis  
ergo illius, sub quo jacere,  
Supra mundum stare est.

Noli dividere cor tuum  
quasi Deo partem unam,  
alteram mundo datus.  
Qui totum te creavit , to-  
tum te exigit: non potes  
duobus Dominis servire:  
nec legitima hæc est par-  
titio , ubi Deus vult toto  
corde, totâ mente , totis  
quæ viribus diligi.

Va.

OS \* SC

Vanitas vanitatum, &  
omnia vanitas , præter  
amare DEUM , & illi soli  
se vivere.



IN.



# INDEX CAPITUM SEU

## D I E R U M

### I. DIES.

*De Fide*, pag. I.

II. *De fine hominis*,

III. *De Morte*, 9.

IV. *De Judicio ul-*  
*timo*,

13.

V.

I N D E X.

- V. *De Paradiso*, 17.  
VI. *De Inferis*, 21.  
VII. *De Pœnarum  
æternitate*, 25.  
VIII. *De Præsen-  
tiæ Divinæ Con-  
spectu*, 30.  
IX. *De sui ipsius  
diffidentia*, 34.  
X. *De Horrore  
peccati*, 38  
I XI.

I N D E X.

- XI. *De Cura salutis,* 42
- XII. *De Conversione ad Deum  
minimè differenda,* 41
- XIII. *De spernendis Hominum  
Judiciis,* 52.
- XIV. *De Uso Di-  
vinæ gratiæ,* 56.
- XV. *De Uso tem-  
poris,* 60.
- XVI.

# INDEX

- XVI. De Sacra-  
mentorum Uso, 64.
- XVII. De Adora-  
bili Missæ Sacri-  
ficio, 68-
- XVIII. De Eleo.  
mosyna, 73
- XIX. De Exem-  
pli officio, 78
- XX. De Toleran-  
tia, 82
- I 2      XXI.

# I N D E X.

- XXI. *De Conformatione voluntatis propriæ cum Divina*, 87
- XXII. *De Statuenda in Deo fiducia*, 91
- XXIII. *De amore in Deum*, 94
- XXIV. *De amore in Christum JESUM*, 98
- XXV.

# INDEX.

XXV. *De amore  
in proximos*, 102

XXVI. *De inimi-  
cis diligendis*,  
106.

XXVII. *De Chri-  
sti JESU imita-  
tione*, III.

XXVIII. *De pecu-  
liari erga Dei-  
param pietate*,  
115.

XXIX.

# INDEX.

**XXIX.** De Sancti  
Josephi cultus sin-  
gulari, 120.

**XXX.** De pecu-  
liari cultu San-  
ctorum Angeloi-  
rum, 124.

**XXXI.** De Ardo-  
re Divini obse-  
quij, 129.

O. A. M. D. G.  
B. V. M. H.

cti  
n-  
20.  
u-  
n-  
l0-  
.4.  
l0-  
se-  
29.  
•

